352 O quam dulcis mihi e in memoria mea, Mater mea Academia Heidelb: à qua sugi τὸ λογικὸ ἄδολον γάλα sanctissimi verbi Dei. O quam grata mihi e ejus restauratio nec minus gratu, quod tu Vir Clarissime in ea nunc locu pari fidelitate et orthodoxiâ, qua tui Antecessores. Testor tibi Frater honorande, nihil magis in hâc senectute meâ sollicitum habere me, quam successionem puræ religionis in Ecclesijs nris Helveticis. Quam ob causam nunc ad vos mittimus Optimum Juvenem, pium adolescentem Discipulum meum Joh. Henricũ Musculum, Magni illius Wolffgangi nepotem. Hunc tibi cœterisq. nris D.D. Collegis commendo committoq. vestræ inspectioni et informationi. Habuit ante discessum suum orationem invectivam in Schulerum Friburgensem, de cujus libro nuper ad te scripsi. Ex ea judicare poteris de Musculi nri progressu, nam eam tecum communicabit, jussu meo. Grammaticaliter ut sic loquar, tractavit et insimilos propemodum solœcismos et barbarismos convitiatoris oculis Doctorum subjecit. Reliqua refutare judicans indigna. Quanquam fratres nri Tigurini et Bernenses nunc in eo sint ut hujusmodi Scripta polemica inter Helvetios planè tollantur. In quo mea sententia prudenter faciunt. Nam quæso qd inde lucri ad nos? aut Ecctam Christi? Certè mala illa nomina appellando semper fiunt deteriora. Deus Ecclesiæ suæ providebit nec eam sinet opprimi. Is quoq Ecctam vestram et vos magna in ea lumina Diu diuq conservet. Vale mi optime frater et Clarissimum Dn. Heimium meo nôie officiosè saluta. Dat. Bernæ iij Febr. 1653.

Tuus ôi cultu
C. Lutthardus.

Vrio Reverendo Cl.q. Dño Danieli Toffano in Illustrissima Academia Heidelbergensi SSæ Theologiæ pfessori et Senatus Ecclesiastici assessori Dño ac fratri honorando.
Heidelbergã.

353. Salutem à Salutis Authore.

Quod filius meus Jacobus Maximilianus absterso tandem invito Xenoino, pulvere Scholastico, in Athenæum publicu